

Y, 18.

4, 567.

AD LOCVM MATTH. VIII. 17. 15

QVAEDAM DISSERIT

ATQVE

VIRO MAGNIFICO SVMMEQVE
VENERABILI

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

THEOLOGIAE DOCTORI CELEBERRIMO, IN SENATV
ECCLESIASTICO SVPREMO ASSESSORI,

DIOECESIOS DRESDENSIS EPHORO, AD AEDEM S. CRVCIS
PASTORI SCHOLARVMQVE DRESDENSIVM
INSPECTORI

NOVA GRAVISSIMAQVE MVNERA

GRATVLATVR

IOHANNES CHRISTIANVS VAVPEL,

AD AEDEM ORPHANTROPH. DRESD. VERBI
DIVINI MINISTER,

DRESDAE,

TYPIS RENR. GVIL. HARPETERI, MDCCCLXXXIX.

15

AD LOCVM MATTH. VIII. 12.
CAVENDI DISERTI
ALMAE
ALMO MAGNifico SYMPLICIO
VENERABILISSIMO
CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO
THEOLOGICAE DOCTRINAE CATHOLICAE IN SEMINARIO
REGIACENSIS SACRAMENTORUM DOCTRINAE
PRAEFICENDI PRAESIDENTIS HONORIS, AC ACADEMIAE
TUTORIS SENIORUMQUE DIRECTORIS
INSPECTORIS
NOVA GRAVISSIMAQUE MARELLA
GRATIA

JOHANNES CHRISTIANUS MARELLA
LEIPZIGI
MDCCLXXV
HABITANS IN
VIA
HABITANS IN
VIA





In locis librorum N. T. difficilioribus semper numerandum esse censui locum Matthaei c. VIII, 17. facilem illum quidem, quod ad verba attinet, sed difficiliorem, immo difficillimum, si spectes sententiam eamque compares cum Iesaiæ Vatis c. LIII 4. vnde est desumptus. Docet scilicet Iesaias, quod non tam loquitur, quam clamat et vociferatur cum orationis series, tum interpretatio Petri c. 1. 2. 24. aliorumque Apostolorum, tum denique Versio τῶν ἐ et Symmachii; docet, inquam, Iesaias, Messiam peccata hominum eorumque poenas morte sua esse sublaturum. Matthaeus contra ἔσθιν Prophetæ ita explicare videtur, vt non tam de satisfactione Christi pro peccatis, quam potius de morbis corporis a Christo sanandis et sanatis intelligenda videatur. Cum enim narrasset, Seruatorem nostrum O. M. hominibus multis minus recte valentibus, immo etiam δαιμονιζομένων multis, pro insigni sua benignitate, opem auxiliumque tulisse; addit, hoc factum esse eo consilio, vt satisfaceret oraculo Iesaiæ illi: suscepit ille infirmitates nostras, morbosque nostros portauit. Verba eius hæc sunt: Οὐκ ἦν γενομένων, προσέτερον αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλὰς· καὶ ἐξήβαλον τα πνευματικὰ λόγον, καὶ πάντας τες κακὰς ἐχρήστας ἐθεραπεύσεν. σπῆς πληρωθῆ το ἔσθιν δια Ησαίε το προφήτε, λεγόντος· Αὐτός τας ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τας νόσους ἐβασίλευσεν. Quid igitur? Num Iesaiæ locus de morbis corporis, a Christo sanatis, agit? Num Matthaeus reliquique Apostoli sibi repugnant? Quis tandem, quaeso, hoc possit largiri? Verum quomodo difficultates omnes sunt remouendæ? Quomodo conciliari poterunt, quæ inter se discrepare videntur? de eo iam videbimus.

A 2

Inter.

Interpres cum antiquiores tum recentiores non vnam ingressi sunt viam, qua medelam asserent Matthaeo laboranti. Plerique rem omnem ita optime componi et posse et debere arbitrantur, vt dicant, liberationem peccatorum complecti etiam liberationem morborum corporis, quippe qui ex istis sunt orti; adeoque hinc clarum esse, Matthaeum et Iesaiam re vera eadem dicere neque sibi repugnare. Quae quidem conciliatio, quamquam satis est speciosa, tamen, vt mihi quidem videtur, non ita satis est vera. Primum enim artem nimis sapit, vixque crediderim, non ita satis est vera. Quae tamen ex nota veritas explanationis loci alicuius rectissime cognoscitur, vt fatentur omnes. Deinde verissimum quidem est, Christum nobis redimendis peccatorum poenas, quaecumque sint, adeoque etiam morborum aboleuisse et sustulisse. Sed quid hoc huc? cum apud Matthaeum non sermo sit de morbis, quatenus Christi beneficio, poenarum loco non sunt habendi, sed quatenus a Christo sunt sanati et depulli. (Hoc enim est τὰς ἀσθενείας καὶ βαρῶν καὶ τὰς νεφροὺς καθαίρειν cfr. Ioh. XX. 15. quo in loco nonnulli Codices legunt νεφροί; quod e glossemate hand dubie est natum) Dicit nimirum Apostolus aperte, si scilicet: vocabulum πληροῦσαι proprie est intelligendum, vt est intelligendum, si interpretatio haec admittitur, vaticinium Iesaiæ eo esse impletum, quod Christus vi sua diuina aegrotis valetudinem restituit. Si denique allata Matthæi interpretatio valet, concedendum est, quod nullo modo concedi potest, Iesaiæ locum non ad omnes omnino homines pertinere, sed tantum ad eos, qui a Christo modo supernaturali et extraordinario sunt sanati. De his enim solis loquitur Matthæus. B. Zachariae, qui huic interpretationi etiam fauet in Theologia biblica P. III. p. m. 329. ff. rem tractat ratione paullo alia. Dicit "Iudaeos inde ab antiquissimis temporibus existimasse, morbos omnes poenarum loco hominibus a Deo imitti, cuius opinionis exempla extant in libris diuinis haud pauca. Hinc Matthaeum Iesaiæ locum excitasse tantum ex opinione Iudaeorum præconcepta." Sed quis ferat hanc B. Zachariae rationem? Virorum diuinorum erat, verum docere. Et si constaret, eos secus fecisse; si constaret, eos probasse interdum, firmasse et ornasse opiniones præconceptas hominum suorum temporum: actum esset de fide illis habenda. Nam ita nullo modo posset definiri, vbi aut reuera traderent aut opinionibus falsis blandirentur Apostoli.

Grotius, vt tueatur Matthaei auctoritatem atque fidem, loco Iesaiæ tribuit duplicem sensum, alium spirituale, corporalem alium, si licet his vocabulis vti. Statuit nimirum, Prophetam esse intelligendum tantum de morbis corporis, non de peccatis. Prodere hanc *varie Qæror* compositionem ingenium et felix et vsu subactum, nemo negabit, certissimumque esset, eam præferendam esse interpretationibus reliquis omnibus, nisi eam premerent difficultates supra indicatæ. Commendat se enim non modo facilitate sua, verum magna veri species accedit ei etiam inde, quod satis superque constat, locis V. T. difficilioribus ex locis N. T. facilioribus lucem esse accendendam, audiendamque esse Christi Apostolorumque interpretationem, vt patet v. c. ex Matth. c. XXII. 32. coll. Exod. III. 6. Verum hoc apud Iesaiam non habet locum neque Vates potest explicari ex Evangelista, vt apparet ex supra dictis.

B. Olearius in Obseruationibus ad Matthaei Evangelium doctissime scriptis, Evangelistæ auctoritate motus, proprietati verborum apud Iesaiam inhaerendum esse censet, contendens, Prophetam esse intelligendum tantum de morbis corporis, non de peccatis. Prodere hanc *varie Qæror* compositionem ingenium et felix et vsu subactum, nemo negabit, certissimumque esset, eam præferendam esse interpretationibus reliquis omnibus, nisi eam premerent difficultates supra indicatæ. Commendat se enim non modo facilitate sua, verum magna veri species accedit ei etiam inde, quod satis superque constat, locis V. T. difficilioribus ex locis N. T. facilioribus lucem esse accendendam, audiendamque esse Christi Apostolorumque interpretationem, vt patet v. c. ex Matth. c. XXII. 32. coll. Exod. III. 6. Verum hoc apud Iesaiam non habet locum neque Vates potest explicari ex Evangelista, vt apparet ex supra dictis.

Restat, vt adducam adhuc aliam quandam conciliationem, probatam inter alios e Nostris magno nostro Chemnitio, e Reformatis Piscatori, qua affirmatur, sanationem morborum corporis, ex sententia Matthaei, esse typum atque imaginem sanationis morborum animi h. e. Christum sanandis morbis indicare significareque voluisse, se aliquando pro peccatis hominum esse satisfactorum. Et, vt Chemnitius quidem existimat, sensus Matthaei hic est: „Tot illa miracula, quæ Christus edidit, non hoc docere, quasi venisset in hunc mundum, vt esset excellens vel medicus vel chirurgus; sed externa hæc miraculorum spectacula ostendere, fore, vt in hac persona impleretur, quod apud Iesaiam de redemptione a peccato et morte æterna scriptum est: et tam promptum eum esse atque potentem ad tollendas spirituales et æternas miseras nostras, quam promptum et potentem se exhibuit ad sanandos tollendosque corporis morbos. Vt adeo in eo, quod oculis suis videbant, Mathæus dicat coepisse impleri, quod Iesaias dicit: *ipse infirmitates nostras portavit.*“ v. Olearii Obseru. ad Matthaei Euangel. p. 254. 255. Sed argumentis, quæ Olearium impediuerunt, quo minus Chemnitio assentiretur, addendum


dum est hoc, quod nulla est causa legitima et sufficiens, quod hic statuumus typum. Lex enim est, cauendum esse, ne typos temere augeamus et libris sacris inferamus. Quod valde vereor, ne a Chemnitio sit factum.

Hae fere sunt interpretationes locorum Iesaiæ et Matthæi præcipuae, de quibus, quid sentiam, iam indicaui. Iam ad me quod attinet, si licet libere dicere, quid statuum de componendo Iesaiæ et Matthæo, dicam. Mea nimirum sententia hæc est. Cum certissimum sit, Iesaiam loqui de hominibus per Christum a peccatorum poenis liberandis; concedendum esse, Matthæum Iesaiæ locum non *explicare*, sed *accommodare* et *applicare* ad rem similem, ad aegrotos scilicet a Christo sanatos, ita ut sensus sit: „eo quod Christus aegrotis multis valetudinem pristinam restituit, simile quid ab eo factum est, quod ei faciendum esse Iesaias cecinit hisce verbis: Aufert ille imbecillitates nostras morbosque nostros depellet i. e. reconciliabit nos Deo.“ Bene quidem video, contra hanc loci interpretationem duo maxime posse asserri. Primum ei exprobari potest *accommodationis* vocabulum, quod invidiam contrahit. Deinde tollere eam videtur formula dicendi *επιως πληρωθη*. Itaque ad utrumque est respondendum. Et ad *Accommodationis* quidem vocabulum quod attinet, negandum sane non est, esse Accommodationes legitimas, quarum quatuor fere consiliunt genera. *Primum*, cum verba sacra V. T. ad aliam rem, quam de qua vetus Testamentum locutum est, sed maxime similem a scriptoribus N. T. transferuntur, quod fit in rebus dogmaticis et factis cfr. Mth. 2. 15. coll. Hof. XI. 1. Mth. 2. 17. 18. coll. Ier. 31. 15. *Deinde*, quando ea, quae in V. T. universaliter dicuntur in N. T. ad certum aliquod factum certamque aliquam personam applicantur, cfr. Mth. XV. 7. 8. coll. Ies. 29. 13. Act. 1. 20. coll. Ps. 69. 1 Cor. 14. 21. coll. Ies. 28. 11. *Postea*, cum proverbia et apophtegmata V. T. in N. T. ad varia facta accommodantur. Denique *Accommodationes* locum habent in argumentationibus a minori ad maius et contra vt 1 Cor. IX. 9. vbi a nonnullis per boves intellecti sunt verbi diuini ministri. Bellum profecto honorem, quem sponte deprecabitur verbi diuini minister quiuis! Paulus argumentatur a minori ad maius. Sed tenendum est, ea, quae secundo et quarto loco de Accommodationibus sunt dicta, ad Accommodationes proprie non pertinere. Ita de Accommodationibus præcepit b. Ernesti, Vir doctissimus, magister quondam meus venerandus. cfr. Surenhollii *βιβλ. κριτικῆς*: Vitioli contra sunt lusus verborum

borum inepti, quales occurrunt in scriptis Patrum et nonnunquam olim publice sunt auditi, quique a nonnullis numerari solent in Accommodationibus. Vitiosae imprimis sunt Accommodationes Photinianorum et Socinianorum, qui affirmant, in V. T. reperiri nulla vaticinia de Christo et si quae forte sint, quae de Christo agere videantur, ea non historice et grammaticae de Christo agere, sed tantum ad Christum transferri ab Apostolis propter similitudinem aliquam. Iam possit quis dicere, meam accommodationem, quam supra posui, esse ex hoc genere camque adeo esse vitiosam et sapere Socini placita. Locum enim Matthaei loqui de Christo, vt illum Jesaiae. Sed dii meliora! Vitiosa accommodatio mea non est. Nam ego ex vitioque loco Christum non tollo, verum stabili constanterque defendo, ita tamen, vt loci ipsi iubent. Similis quidem locus mihi nunc non occurrit; sed possunt tamen huc quodammodo trahi loca ea, quae in primo genere accommodationum sunt excitata. In illis enim loca V. T. ad Christum applicantur, quae Christum grammaticae non habent. In hoc, locus V. T., qui vere de Christo agit, de Christo etiam explicatur, modo sensu alio, attamen simillimo. Neque hoc silentio praetereundum est, in Matthaei loco esse artificium summum. Nam Apostolus iis ingeniosissime ad rem suam *proprie* vtitur, quae Vates *improprie* et elegantissima Metaphora de Christo, Seruatore, protulit. Dubitatio, quae ex formula dicendi *εως πληρωθη* contra interpretationem meam suboriri possit, non est magni momenti. Nam verum quidem est, vocabulum *πληρωθη* plerumque esse, *eventum habere, euenire*; Sed aequae certum est, idem hoc vocabulum poni etiam tum, cum accidit res praedictis rebus similes, quod etiam de tota formula *εως πληρωθη* est tenendum, vt docuerunt bene multi. cfr. Mtth. 2. 15. 17. 23. Hinc patet, haec ex formula non certo posse definiri, vtrum Apostoli locum aliquem V. T., quem excitant, interpretentur et explicent, an accommodent? verum rem diiudicandam esse et tota orationis serie.

Haec sunt, quae ad defendendam sententiam meam dicenda videbantur. Equidem negare non possum, eam interpretationem loci Matthaei, quam dedi, mihi videri facillimam et verissimam. Attamen meum non est, de interpretationis meae veritate iudicare. TV IUDICES, VIR SVMME VENERABILIS, DOCTISSIME, FAVOR PIE COLENDE, qui harum rerum optimus es iudex. TIBI omnia submitto, quae scripsi, nam
 ad

ad TE sunt scripta. Et verbis exprimere non possum, quantopere ex animo laeter, quod occasione habuerim, de loco aliquo grauissimo quaedam TECUM imprimis communicandi. Diuina enim prouidentia et mihi et ministris verbi diuini Dioeceseos Dresdensis omnibus contigit, esse tam felicibus, vt ANTISTITEM nancisceremur TE, VIRVM et doctrina et probitate et humanitate insignem. Optauit bonus quisque, vt sibi liceret, hac fortuna vti; et licuit, quae diuina in nos est clementia. Iam gratiae sint Deo, rerum nostrarum moderatori optimo et benignissimo. Adiuuet TE semper Numen summum in muneribus nouis iisque grauissimis, quae iam adiit, VIR SVMME, conferuetque TE nobis per longissimum tempus incolumem. Adiuuet et CONIVGEM TVAM ORNATISSIMAM TVOSQUE omnes et augeat et ornet EOS rebus omnibus, quibus humana felicitas continetur et censetur. Quod reliquum est, TV, VIR SVMME VENERABILIS, me habeas TIBI quam commendatissimum. Id est, quod ego abs TE, quantopere possum, peto.



Pon 24 1067
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

17





154
AD LOCVM MATTH. VIII. 17.

QVAEDAM DISSERIT

ATQVE

VIRO MAGNIFICO SVMMEQVE
VENERABILI

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

THEOLOGIAE DOCTORI CELEBERRIMO, IN SENATV
ECCLESIASTICO SVPREMO ASSESSORI,

DIOECESEOS DRESDENSIS EPHORO, AD AEDEM S. CRVCIS

PASTORI SCHOLARVMQVE DRESDENSIVM

INSPECTORI

NOVA GRAVISSIMAQVE MVNERA

GRATVLATVR

IOHANNES CHRISTIANVS VAVPEL,

AD AEDEM ORPHANOTROPH. DRESD. VERBI

DIVINI MINISTER,

DRESDAE,

TYPIS HENR. GVIL. HARPETERI, MDCCLXXXIX.

15

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

